

897 A. Terentio A. f. Varr. | Murenae¹ | Ptolemaiei Cyrenens. | patrono, διὰ πρεσβευτῶν Ἰταλλάμπονος τοῦ Απελλᾶ, Σίμωνος τοῦ Σίμωνος.

Lanuvii rep., nunc Romae in museo Capitolino (XIV 2109). — 1) Aut consul a. 751 (cf. C. I p. 450 ad a. 751, VI 4524), aut pater eius (Cic. ad fam. 46, 42, 6; Caes. b. c. 5, 19).

898 M. Claudio C. f. Marcello¹ | patrono.

Pompeis in foro triangulari, basis statuae (X 832). — 1) Videtur esse gener Augusti defunctus in aedilitate a. u. c. 751.

899 P. Silio | P. f. procos.¹ | patron. | d. d.

Aenonae in Dalmatia (III 2973 cf. Eph. ep. 5, 591 descripserunt Cyriacus et saec. XVII Gliubavaz Zarenensis). — 1) pr. cos. pars codicum Cyriacanorum (cf. Mo. l. c.). — Consul fuit Silius a. 754, proconsul Illyrici a. 758 cf. Dio 54, 20, antequam ea provincia a senatu ad Caesarem transferretur a. 745. Eiusdem est titulus rep. Carthagine nova II 5414.

900 L. Calpurnio | L. f. Pisoni | pontif., cos.¹ |

Veleiae rep., nunc Parmae (XI 4482). — 1) Consul a. 759. Cf. Henzen act. fratr. Arv. ind. p. 180.

901 . . Fonteio Q. f. | q.¹ | mancup. stipend.¹ | ex Africa.

Prope Romanam rep. ad quintum miliarium viae Latinae, sed loco non suo (Lanciani bull. arch. com. 4882 p. 460 n. 559). — 1) Titulum quaestori posuerunt mancipes stipendiiorum provinciae Africæ.

902 M'. Cordi M'. f. | Rufi¹ | pr. pro cos.², | aed. lustr., mon. sacr.³

Tusculi (XIV 2605). — 1) M'. Cordius Rufus is qui fuit triumvir monetalis a. 708 vel paullo post testibus nummis (cf. Mommsen R. Münzwesen p. 631, 637; Cavedoni in Borghesii opp. I p. 269 not. 5), ab hoc non videtur diversus esse. — 2) Cf. N. 883 not. 2. — 3) Tusculi, unde erat oriundus (cf. Borghesi l. c. p. 270), Rufus fuit aedilis lustralis et monitor sacrorum (cf. Mommsen mus. Rhenan. 4864 p. 458).

903 Cn. Baebio Cn. [f.] | Tampilo Válae | Numoniano¹ |, q., pr. pro cos., | IIIvir. a. a. a. f. f., | viro.

Prope Romanam rep. inter viam Appiam et Latinam, extat ad viam Appiam (VI 4560). — 1) Vix est idem, ut voluit Wilmanns, atque C. Numonius Vaala, cuius nomen legitur in nummis aureis aetatis Caesarianae, nam hic videtur fuisse quatuorvir, non triumvir aere argento auro flando feriendo; potest fuisse eius filius.

904 C. Clodio C. f. Vestali¹ | procos., | Claudienses ex praefectura | Claudia urbani, | patrono.

In colle S. Liberati prope Bracciano, ubi fuit Forum Clodii, rep. a. 4886 (XI 5310 a). — 1) Eiusdem sine dubio sunt nummi inscripti C. Clodius C. f. et ex altera parte Vestalis (quod vocabulum coniungendum esse cum C. Clodii nomine nunc demum intellectum est). Eos nummos non anno 744, ut vulgo putabatur, sed potius inter annos 747 et 758 cusos videri exposuit Mommsen Zeitschr. f. Num. 45, 1887 p. 204. Idem coniecit Vestalem non conditorem fuisse Fori Clodii sive praefecturae Clodiae (cf. Plin. h. n. 5, 52), nam ea aetate qua hic vixit nova municipia non appellabantur praefecturae, sed ex posteris conditoris.